



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo odoratæ aquæ conficiantur. Cap. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

*Quomodo odorata aqua conficiantur.*

## CAP. I.

**D**IXIMVS Superiori libro quomodo odorata aqua distillantur, è floribus, alijs verbis, vti locus, qui distillationi dicatus, exposcebat; hic nunc aquas componere, & flores, vt suauem halitum erudent edocebimus. Vt si velimus

*Odoratissimam aquam conficere.*

Sumito damascenę rosę libras tres, toridę moschatulę, & rubeę, florum narantij duas, myrti toridę lon odorati sēlibram, garyophyllorū sēsq̄uinciam, nuces myristicas tres, liha decem, indito hæc omnia à lembico, in cuius nare fasciculum accommodabis, moschi partes tres, ambarę vnam, & ziberhi vocati mediam continentem, narem in receptaculum indes, & linteis glutinabis farina, & oui albumine remissis, ignem lentum adhibebis, quoad omne distillabit. Ad datur &

*Alia*

in rosaceę aquę libras binas, lauendule mediam, vini Cretici cyatham, flores rosę, garyophyllorum, rosimarini, iasmes, foliorum mari, serpilli, laurę, sceniculi, ocimi sēlibram addes, corticem mali medici vnciam, ciuamomi, lauris, styracis, nucis myristicę drachmā, omnia remiscendo vitreum vas reple, & Soli per quatuor dies opponantur, post distillentur lento igne, & nisi moschum in alembici nare posueris, in fasciculum conde, & filo in aquam suspende, donec in soletur per mensem. Soli expones, vt exoleat teter distillationis odor, si fortē susceperit. Hęc est

*Aqua panfa vocata, qua recipit*

rosarum aquę libras quatuor, florum atantiorum duas, myrti vnam, trifolij odorati vncias tres, lauendulę vnam: his adijcies lauris vncias duas, styracis vnam, ladanum fabę magnitudine, tantundem macis, & garyophyllorum, sed cinnamomi, sandalorum, & ligni aloes partem octauam vncię, spicę nardi vnam, crassę hæc

omnia contusa, in ollula, vitro sublita ebulliant, per horam lento igne frigescere finito, & linteo excolato, & in vas vitreum optimè operculatum reconde. Sed garyophylli, cinnamomum, & lignum aloes, & sandalum in linteum mundum ligato, modice tarum, & sic in ollam demittito, vbi, vt diximus, ebulliant, post fasciculum eximes; nam post aquæ colaturâ, reses puluis in pilulas efformabitur, vt placentulę formam suscipiant, quibus vtemur in suffribus, vt dicem⁹. Hęc aqua varijs modis fit, sed optimam diximus, at quia ebullitione colorata prouenit, & ruffa, & sudariola, vel alba linteae si ea madescunt, inquinatur, licet mira odoris iucunditate ea commendet, multi sunt, qui ipsa abstinent, ob id si velimus,

*Aqua nanfa vocata clara fiat.*

Prædicta in obtortum vitreum vas reconde, & balneo merge, ignem lentum adhibe: nam clara aqua ex illius eiusdem ferè odoris, sed paulò remissioris; seruabis eam quam, reliqua subsidentia ad placentulas odoratas repones.

*Aqua per immersiones odorata quomodo fiat.*

C A P. II.

**N**VNC odoratos liquores efficere docebimus, & qui sint, qui odores suscipere possint: nam aqua ad conseruandum odorem inepta est, oleum præstat, & vinum (causam ex Theophrasto assignare posse videmus: aqua enim tenuissima, omni odore, saporeque vidua, nitidaque, nullam potest odorem contrahere) & quæ crassa, sapida, olida recipere possint. Vinum, etiam non sit odoratum, iuxta positum odorem quemuis ad se potest allicere, quod calorem in se contineat, qui attrahendi naturam habet, aqua suapte natura frigida nihil attrahere potest, neque excipere, tuerique odorem, tam tenuis, simplex, ac exilis noscitur, vt odor in ea susceptus, elabatur, atque effusus euanescat, quasi sedimentum insit nullum, quo figi, & coherere valeat odor. Etenim densius tantum corpusculum, callosiusque odoris tenax intelligitur, quod & vinum, & oleum habet. Oleum odorem omnium maximè & seruare, & tueri valet, quod incom-